

AD CLEMENTEM SEPTIMUM
REVERENDISSI-

M I D O M I N I, D O M I N I

T H O M A E D E V I O C A I E T A N I

Cardinalis sancti Xysti: in omnes au-
thenticos veteris testamenti hi-
storiales libros, cōmentarii.

- | | |
|--------------------|---------------------|
| <i>In Iehosuan</i> | <i>Paralipomena</i> |
| <i>Iudices</i> | <i>Hexram</i> |
| <i>Ruth</i> | <i>Nehemiam</i> |
| <i>Reges</i> | <i>Et Ester.</i> |

es del conugio Exlingue *CHB*

P A R I S I I S,

*Apud Ioannem Roigny, sub Basilisco &
quatuor Elementis, via ad D. Iacobam.*

1 5 4 6.



AD CLEMENTEM SEPTI-
mum Pontificem maximum, Thomas
de Vio Caietanus Cardinalis
sancti Xysti.



IV O Hieronymo pater beatissime
vniuersa ecclesia latina plurimū de-
bet: non solum ob annotatas ab eo in
libris veteris ac noui testamēti parti-
culas tum adiectitias tū ambiguas, sed
etiam propter discretos ab eodem libros canonicos
à nō canonicis. liberauit siquidem nos ab Hebræo-
rū opprobrio, quòd fingamus nobis antiqui cano-
nis libros aut librorum partes, quibus ipsi penitus
carent. Quocirca quum disposuissem prosequi com-
mentarios in libros veteris testamenti post librorū
Moyse expositionem iam æditam, libros historiales
omnes in vnum volumen coegi: videlicet Iosue, Iu-
dicum, Ruth, Regum, Paralipomenō, Hezdræ, Ne-
hemix & Ester libros, omissis reliquis à Hierony-
mo inter apocrypha supputatis. Quare. B. V. quas
sacrarum literarum consuetudine delectatur, cuius-
que censuræ doctorum quorumcunque documenta
iure subduntur, hoc qualecunque opus ipsi dicatum
solita suscipiat benignitate, & fœlix in æuum va-
leat.

*Vbi publico et summo iurisdictione ecclesiarum
opus nunc nunc debet. 4. reg. 12 in fi.*

INDEX RERVM AC GE- STORVM QVAE IN HOC OPERE

continentur, qui & singula capita, eorumq; ar-
gumenta paucissimis verbis aperit.

Libri Iosue ca. primū f. 1. a
Dominus animat Iosue
ad inuadendum terrā pro-
missam.
Iosue hortatur tribum Ru-
bē, Gad, & Menasse ad re-
ducendum fratres.
Cap. ii. fol. 3. a.
Iosue mittit exploratores in
Iericho.
Rachab abscondit explora-
tores, quæ petit sibi fieri
misericordiam.
Cap. iii. fol. 5. b.
Iosue cū populo siccatis a-
quis transit Iordanem.
Miraculis ostēdit deus se es-
se cum Iosue.
Cap. iii. fol. 8. a.
Duodecim lapides in memo-
riā siccatis Iordanis erigūt.
Iordanis in aluē reuertitur
Cap. v. fol. 9. a.
Chananæi terrentur.
Secunda circumcisio Iosue.
Iosue soluit calceamentum.
Cap. vi. fol. 10. b.
Capta vrbe Iericho seruatur
Rachab.
Maledict⁹ reedificator vrbis
Iericho.
Cap. vii. fol. 12. b.
Exploratur Hai.
Achā propter anathema la-
pidatur. Cap. viii. fo. 15. a

Expugnatur Hai.
Rex eius suspenditur popul⁹
occiso.
Cap. ix. fol. 18. a.
Gabaonitæ callidi impetrāt
pacē à Iosue, postea male-
dicuntur.
Cap. x. fol. 19. a.
Amorrhæi pugnantes cōtra
Gabaonitas, vicūt à Iosue.
Quinq; reges suspēduntur
Cap. xi. fo. 21. b.
Multi reges occisū cum He-
uzis & Iebu'ais.
Heuē⁹ Idurat⁹ à Deo, resistit
Cap. xii. fo. 23. a.
Reges percussi à filiis Israel
& Iosue.
Cap. xiii. fol. eodem b.
Iubetur Iosue diuidere terrā
Israelitis.
Possessio Rubē, Gad, & di-
midie tribus Manasse.
Cap. xiiii. fo. 24. b.
Caleb postulat promissam sibi
hæreditatem.
Cap. xv. fol. 25. b.
Sors filiorū Iudæ, & Caleb;
Vrbes possessionis Iudæ.
Cap. xvi. fo. 27. a.
Sors Ephraim.
Cap. xvij. fo. eodem b.
Sors dimidie trib⁹ Manasse.
Chananæi tributarij filiis Is-
rael.

THOMAE DE VIO CAIE-

TANI CARDINALIS SANCTI XY-

sti in libros historiales veteris testamenti, Commentarij.

Et primum in Librum Iehosua.



H T F V I T. Tria me mo-
uēt post expositos libros
Mosis ad scribendum su-
per libros historiales ve-
teris testamenti. primum
difficultas rei gestæ, vel
quia obscure traditur, vel
quia setus interpretes eā
reddiderunt: secundū ra-
tio tum verborum tū fa-
ctorum quæ ambigua vi-
dentur, virorum præser-

tim sanctorum: tertium imbecillitas multitudinis legentium
studiosè sacram scripturā, vt quæ illis minus elata sunt, ma-
nifesta fiant. *post mortem Mosis serui domini.* Quanuis in lite-
ra non scribatur quanto tempore post mortem Mosis, sub-
iuncta tamen rectè collata insinuant hoc fuisse post com-
pletum luctum mortis Mosis: hoc est septima die mēsis pri-
mi, vt inferius manifestabitur. *dixit Dominus ad Iehosua filium Nun ministrum Mosis dicendo.* Nomē tetragrammaton
habetur vbi legitur dominus, vt fons essendi Deus deorum
allocutus significetur Iehosua principem populi Israel:
Modus quo Deus allocutus est Iehosua intelligendus est
modus ille quo Deus alloquitur prophetas, qui magnā ha-
bet latitudinem: multa enim genera reuelandi comprehē-
dit. Subiuncta autem verba dicta à Deo, insinuāt quòd lo-
cutio ista fuerit nocturna, vigilando tamen: in ecstasi enim
quadam oranti Iehosua locutus est Deus. *Mortuus est Moses
seruus meus.* Hoc est epitheton Mosis, quo Deus ipse testatur
placuisse sibi officia Mosis appellādo ipsum seruum suum:
immò dicēdo Moses seruus meus mortuus est, aperit quòd
mortuus est seruus suus: hoc est quòd licet quādoque pec-
cauerit & peccando non fuerit seruus meus, attamen mor-

A tuus

ad Hieronymi limam reducenda sunt tam verba cōciliorum quàm doctorum: & iuxta illius sententiam ad Chromatium & Heliodorum episcopos, libri isti (& si qui alij sunt in canone Bibliæ similes) non sunt canonici, hoc est non sunt regulares ad firmandum ea quæ sunt fidei. possunt tamen dici canonici (hoc est regulares) ad ædificationem fidei: utpote in canone Bibliæ ad hoc recepti & authorati. cum hac enim distinctione discernere poteris & dicta Augustini in secundo de doctrina Christiana, & scripta in concilio Florentino sub Eugenio quarto: scriptaque in provincialibus conciliis Chartaginensi & Laodicensi, & ab Innocētio ac Gelasio pōtificibus. Ad laudem & gloriã omnipotentis Dei: Romæ anno salutis millesimo quingentesimo trigesimo secundo: ætatis verò meæ sexagesimo quarto, die decimanona Iulij, amen.

COMMENTARIORVM THOMAE DE
Vio Caietani cardinalis sancti Xysti in o-
mnes historiales veteris testa-
menti libros, finis.

Ppp ij

